Quaestio Quodlibetaria agitanda in Scholis Medicorum die Jovis 26.a Januarii. M. Petro Conget Moderatore.

An Hystericis Venus?

Humanum genus non androgynum, sed virili foemineoque sexu ab uno spiritu formatore distinctum partes, ex quibus soli testes feminis non in toto desunt, officium, ad generationem necessarias accepit, hi concupiscendi cum generatione donatas, quarum titillatio turgente semine venus, cui debendas non est sperma necessarius, excitaverunt, officio vero speciei conservandae. At venerem quidem mulier vivo affectuosior, in qua etiam plus voluptatis habet, quam vel doloris in partu (quem septimestrem vel et undecimestrem natura molitur) et ab eadem sana magis existit. Cuius commodius cum mas facile caveat, inceptam vix incaute declinat. Cuius intermissio, quam proba diaeta non suppleverit, plerumque multo gravius, quam menstruorum suppressio, laedit.

Hine enim quamquam hydropes, cachexia, atrophia sanguinis missione declinanda, et hysterica accidentia contingant, quae tamen a semine retento et in utero [illegible] malorum principio venenatam qualitatem contrahente ducunt originem, saeviora imminent, quas si non pariant gravius et citius a mensibus aegrotant, praesertim salaces, multo semine turgidae viris libidinosioribus ante nuptias, aut etiam postea parum mulierosis locatae saepius, grandiores minus, gravidae nunquam, steriles aliquando, virgines raro exemptae, sine utero quavis perturbatione frequentius conflictantur, et sublato suorum vapore vario fatigantur.

Horum gravissima strangulatio ab utero, cuius causa continens vapor, uterinae perfrigerationis principia, corpusque totum afficiens et [struck] fauces praecludens vapore autem, et frigidas uteri intemperies nata non vena, sed nec parte affecta. At enim solum semen menstruis etiamnum pro ratione fluentibus aut menstruum cuius simplex suppressio vel et siccitas, uteri perversionem, non suffocationem facit, aut alius humor putridus, aut plurium ex his vitiatorum corruptio fons utrumque. Ac venus sine mali radix, minus tamen quam partes consentientes afficitur, quarum laesione hysterica symptomata, ac suffocationis huius species distinguuntur, in quibus non semper eundem situm obtinet, cum modo contrahatur, ventriculum vel diaphragmata attingens, aut pervertatur, aut summotus maneat.

Hac morbi saevientis more, cui vel et apoplexias, vertigini, lethargo, syncope non valde dissimilis, periodica est et acuta uno plerumque die saepius recedens hyeme et autumno crebrius excruciant, quam imminentem arguunt mentis sensuumque hebetudo, corporis tarditas, crurum infirmitas, faciei pallor, pulsus parvus; praesentem vero vertebrae, mentis sensuumque interceptio, aphonia, apnoea, asphyxia. At declinantem indicant [struck] genarum rubor, sublati oculi, humiditas et pudendis excurrens altiore titillatione accelerandas, et quamquam tuta appareat, singulis tamen accessionibus praesens periculum, a quo liberatas velocius concipium.

Huius aliorumque hystericorum et omni respiratione abolentium curatio in accessione tollenda primum videtur, deinde in causa expugnanda. Illi communium omnis generis redolentia, dorsi evacuatio, sternutamentorum, pilorum avulsio, suffitus naribus graves, genitalibus suaves, hyomphalia, et oris uteri titillatio. Causae vero remedia contraria cuique propria. Suppressis ergo menstruis post venas saphenas sectionem et purgationem quas menses provocant. Cohibito semine a marito, cuius immunes esse fundum uterinum diligenter colere, pessarium admodum, quo colere tutius, incumbere nullum. Venus enim tum sanis tum aegris cocta venica morborum virginibus, et eroticorum medela, uterum stringat, roboret, frigidum calfaciat, siccum humectat, semen prolicit, expurgat muliebres tardiores accelerat. At victus tenuis exsiccans imperandus, aquae potio, quamvis vinum in paroxysmo conveniat, evacuatio, labor. Reliquis utero, et partibus nobilibus roborandis studiose incumbendum.

Ergo hystericis Venus.

Ponebat Nicolaus Ellain parisiensis. anno D. 1570.

Domini Doctores Disputaturi.

M. Ludovicus Thibault. M. petrus Girouft. M. olivarius de Violaines.
M. Symeon de Malmedy. M. Stephanus fortin. M. Gerardus Denisot.
M. Joannes Desneux. M. Augustinus frondebeuf. M. Antonius Vacquet.

B.I.U.M.P. BIBLIOTHÈQUE